



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

124. Si maritus certa necessitate impellente extra ducatum fugerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Id etiam in venditione vel emptione vide-
tur observari debere , ut quando quis maritum
emerit , emat pariter & conjugem , nisi forte
alterius ancilla fuerit. Hac de re lex jubet at-
que interdicit ut nullus servus neque proprius
neque ecclesiasticus neque de fisco ancillam
alienam in conjugium ducat , similiter ancilla
alterius servum nequaquam accipiat. quod si
fecerit , irritum habeatur hujuscemodi conju-
gium , & pro adulterio deputetur. [*Vide lib.*
i. leg. Longob. tit. 12. cap. 10.]

Si matitus certa necessitate impellente extra
ducatum fugerit. *Ex Concilio
unde suprà.*

C X X I V . Si quis necessitate inevitabili
cogente in alium ducatum seu provinciam fu-
gerit , aut seniorem suum , cui fidem & fidel-
tatem promissam mentiri non potest , secutus
fuerit , & uxor ejus , cùm valet & potest , amo-
re parentum aut rerum suarum eum sequi nò-
luerit , ipsa omni tempore , quandiu vir ejus
quem secuta non fuit vivit , semper innupta
permaneat. Ille verò qui necessitate cogente
in alia patria manet , si nunquam in suam pa-
triam se reversurum sperat , si se continere non
potest , aliam uxorem accipiat , tamen cum
pœnitentia.

De eo qui uxorem suam permisit velare.
Ex eodem , cap. XXII.

C X X V . Qui uxorem suam permiserit ve-
lare , aliam non accipiat.

R ij

Concil. Ver-
mer. c. 9.
Burchard. lib.
9. c. 54.

Concil. Ver-
mer. c. 21.
Burchard. lib.
9. c. 46.